DEUS pater veritatem filiam de celo in
terram ad visitandos mortales mittit.
Invisens primum veritas: maria et
aquas: a nautis remigibus crudelis-
sime reditur. Ad terras cicius evo
lans: ab agricolis etiam atrocissime
vulneratur: Dehinc ad templa co
fugiens: a sacerdotibus magnis plagis
afficitur. Mox ad fora plateasq
se conferens a pueris undiq fustibꝫ
et saxis impetitur. Nec minus ea
femine femineis instrumentis suis
insectantur. Tum nummularii
et negotiatores gravibus aere mar
supiis gravissime eam cedunt.
Lanones et cetarii ferramenta
sua magna ui mittunt in illam
Coq et piscatores caupones etia
omnibus coquinariis et vinariis
vasis suis furiose illi insultat.
pictores pariter et sutores ac
fabri omnis generis pessime ea
confodiunt. Tonsores pigmen
tarii: medici q dirum illam
in modum vulnerat. Post
hos tabelliones etiam causidici

UNIVERSITAT

ac assessores unguibus et dentibus
dilacerant : demum principes ac
principum ministri pugnis illa
et calcibus contundunt : stran
gulant : laqueis terreque per pedes
grauiter illidunt . Contra canes
corui : vultures cum tanquam vilis
simum cadauer depascendum eis
proiecta esset : condolent : illi fa
uent : blandiuntur : lingunt vul
nera atque permulcent . lupi etiam
ursi : tigres : leones omnisque genus
fere cum ex urbibus migrasset :
in siluas et nemora mira eam
comitantes mansuetudine pro
sequuntur . Denique cum montes
conscendisset obuium sibi habet
veritas philalitem hominem
paupertulum capras agentem :
quem unicum in toto orbe pre
dixerat ei pr ee xe bonum veque
eius amatorem . Reffert illi
quantis eam mortales malis affe
cerunt : Dolet grauiter philaliter tanta
audiens mortalium crudelitatem
Ducit eam in tugurriolum suum :

Ubi tenues opes: sed per diues voluntates pax et quies. is retreat: ea consolatur obsequitur ei magno studio uxor et gnati reuertitur ad patrem veritas tam immaniter sanctiata et quanta a mortalibus mala perpessa est: narrat

finitum argumentum

Mafei Vegij laudensis de veritate et philalite dialogus incipit Lege feliciter

Matheus vegius Eutochio fratri salutem

Dum repeterem nuper animo Eustachi frater: id quod sepius soleo: tam peruersos in omni mortaliu statu: corruptosque uiuendi mores: attenderemque nihil non plenum fraudis et improbitatis: aggressus sum nouam breuemque et ut puto non iniocundam ingenij lucubratiunculam: que et si primo aspectu admirationem tibi forte sit allatura: quod qui in condendis poematibus studia mea hactenus impederim liberam nunc primum so

UNIVERS... DE

lutamq dictionem amplector. Qum
animaduerteris tamē diligentius
rei de qua scribendum fuit inuentio
ne nō modo non admiraberis: sed
vltro etiam qualecunq est quod egi
mus approbabis: Nam nec in pri
mis ab poete officio discessimus: q
per se satis scriptio: ipsa atq apte
manifestat. Nec licet poemā edi
derimus: potuimus facile opus dia
logo contextum: quod presertim ne
q tragicum neq satis comitum ē abs
trictioribus muneris explicare. Quod
si qbusdam fortasse videbitur oro
nrā mordatior q̄ vel ego soleam: vel
delicta multorum vel ingenia patiā
tur: rogatos eos velim: vt ratione
animi nr̄i equanimius suscipien
tes: existiment: nō tam me omni
um hominum q̄ humanorum sta
tuum vitam arguisse: puteto
nō ita damnasse me mortales sce
lerum suorum: vt nō aliquos tn ex
singulis eorum statibus credam boe
frugi boneq mentis semper extitisse.
Nos ego si q sunt tporibus nr̄is non
dubito pro constantia virtutis eorum
libello meo ee congratulaturos: reliquos

ho qui conscia flagiciorum suorum —
acti: dicta omnium et pariter et scrip
ta in se iaci suspicantur: Video et
accusaturos susceptum laborem nostrum
et ad risum sunt faciles etiam ali
quando irrisuros. Sed age accuset
atque irrideant ut libet quos certe mi
nores pendo: quam floccos indumenti
mei. Te autem germane carissime
cuius egregiam virtutem et cum
virtute coniunctum mirum litterarum
amorem ac studium intelligo: per
suasi mihi non postremum fore
qui scripti miculę meę congratula
tum ires: quem quoniam ita per
suasi dignum etiam duxi insuper:
cui eam debito quasi quodam in re de
dicarem. Veritatem igitur nostram
ita vulneratam atque cruentatam
uti descripsimus mitto tamquam ido
neo hospiti. Tu ipsam et amice et
humaniter suscipito tractatoque non
secus ac aliter philalites. Proficis
citur siquidem ea libenter ad te. Nam
cum sciscitanti illi multum mo
res tuos integritatemque vite comen
dassem exiluit statim gaudio.

et predesiderio quo te uisendi correpta
e: otius euolant. Ornant alij germa
nos suos auro et gemmis preciosaq;
suplectile. Ego te bonis disciplinis:
claris moribus rectisq; uiuendi exe
plis semper ornare studui: quod
et itidem facio in presencia. Sed
quonia fluxa illa et momentanea:
hec vero stabilior atq; eterna sunt:
quantum altera alteris prestent:
quis ignorat; no desipit ille iudi
tio meo: sed insanit

Philalites

Veritas et philalites veniam: es tu
mortalium: que per vasta hec mo
cium loca inaccessaq; alijs vagaris
loca VER. parce me mortalem apel
lare: que diuino magis ex semine
procreata sum PHI. Diuinum est
ne nomen tibi VE. Vtiq; PHI.
Quenam ergo celestium dic mihi
VER. Et si mille iterum mihi
ingruant tormenta; nunq tame
meum subticebo nome PHI. quid
tormenta narras: aut quid est
quod propter me extimescas: qui
ledere neq; scim quepia vnq neq;

plane volui · Efare agere nome tuu
VERI Alichian Graij: veritate
me Latini vocant PHI · Tu ne ve
ritas: filia temporis: VER Illa su:
sed alio tamen ex parente orta PHI ·
Audiueram equidem quosdam crede
tes te ex tpore genitam VER Audi
re potiusti facere · fuerut enim
certo: q ita crediderut neq inepta
fuerit eorum ratio credendi · Nam
cum aperto semper aere degam: neq
tegar unq: latebrisq unq ullis ob
cludar: si tegi tame aut obcludi
per vim forte contingat: tanta su
barum: quas cernis alarum perni
citate · tantaq corporis agilitate:
et aptitudine: ut nec ubi multum
latere aniilloq diutiq celari possim
que proinde et nuda sum semper
ut vides: et nullo unq amictu contecta:
qua ducti illi ratione que veri sa
tis similis ee videtur: putauerut
me eo patre genitam: q omnia
quantumcumq occultissime aga
tur detegit aliqno atq manifestat
veru ut indubitatum parentem me
um intelligas: audistin unq mag

num olympi rectorem ex cerebro ge
nuisse sapiam illam quam vocant
pallada. Hec mihi soror ille mihi
parens edita sum ego eodem partu:
eodem semine: tantaq; est duar
sorox inter nos uolendi et senciedi
paritas tanta vultus facieiq; simili
tudo: ut utram videris: dicas in nb
nihil preter nominum apellatione
differre PHI. O faustum hunc diem
meliorequ lapillo numerandum: quo
tandem violere te mihi contingit
cuius videndi incredibili iamdiu de
siderio flagrabam: propeq; tabesce
bam. Per quas te non quesivi ur
bes: per quos non vicos et oppida:
Quibus no anxius errau silvis diu
te querito quibus no montibus: qui
bus non silvis et vastis locis: ut
q te unam animo menteq gereba
intueri saltem aliquo possem. O le
tum me hodie et per beatum qui
quam no inveni quesitam tocies
reperire insperatus casus dedit
sed tu diu cognoscisne me: VERI
Haud cognosco te PHI. Tu nunne
philaliteum: quo no e alter amatior

tui VER Time philalites meus PHI
philalites · VERe per optatum
te offers mihi q te nõ minore vi
dendi desiderio quesivi ubiq gen
tium · Quociens invocavi nomē
tuum atq inclamavi · Putabam
te Civitates colere sequentes ēē
inter conventus hominum · Spe
raveram tibi magnū ēē ac celebre
in populis nomen · Sed quibus nunc
te video errantem in asperis atq de
sertis locis squalore obsitum horridu
lum: nesce sordidulum: pallidum: in
comptum solivagum incognitum: des
pectum · Quid mirum si nusq tibi
dum ubiq te vocarem exaudiebar · O
letam me nõ minus hodie et per btam:
cui vocatum te antea totiens · post lõ
ga tandem mala mea inopinatus hic
dies atq locus obtulit · Sed cur edissere
mihi tam incultus es et veste lacer:
tam squalidus et abiectus · Cur hec
habitas q pre horrore fere etiam lo
ca respuerent PHI · Edisseram tibi
ut libet · Sed in primis quo quidem
miserabilior tua conditio videtur: ex
pone mihi cur tantis tu confecta vul

neribus: tantoq; sis cruore conspersa
atq; fedata: cuius olim ex ore candidi
orem sole etiam splendorem scintilla
re predicabant: cuius frons neq; ila
rior: neq; tristior: cuius aspectus
neq; deiectus humilius: neq; profu
sus licentius neq; erectus altius.
sed reuerenda quadam et formida
bili quasi maiestate conditus fereba
tur. Vbi nuc decor ille longe letus
longeq; Charitates etiā ipsas exupe
rans? Vbi nuc tanta illa forme
dignitas simulacris etiam omnibus
emendatior? Vbi venustas oris et
elegancia? Vbi capillorum rutilatio
candor corporis: honor oculorum et
gracia? Cur immutata nuc omnia
defformata: conspurcata coinquina
ta? Qui nam dic mihi ita te undiq;
confoderunt: confessamq; ita crudeliter
affecerunt: Vt nullam videam sine
vulnere sineq; cruore vel minimam
corporis partem? V. longum facturi
essemus sermonem si maiorum meorum
secutum omnem explicare vellem: qd
ad auctores tui pertinet possum
eos breui uerbo tibi significare: Mor

tales scilicet : a quibus tam dirum
in modum vulnerata atque cruentata
sum PHI. Mortales ergo tantoru
tibi malorum auctores? V. morta
les. PHI. Quasi divinabam nam eorum
improbitas satis mihi ac super
manifesta est : quos etiam prem
simili scelerum eorum turba ista
sum aspernatus : ita dedignatus
ut non modo a domestica eorum con
suetudine : sed et ab aspectu in
super me prorsus abstulerim : Sa
tius ducens mihi extimansque dul
tius in his vastis solitudinibus vi
tam agere cum ac vili et trita
veste : cum tuguriolo vel minimo :
quo ventos arceam capere tenues
cibos : limphas habere in deliciis
cum summa cum omnium divitiarum
atque dignitatum affluencia versa
re inter tot portenta flagiciorum
quibus ad summum usque omnia reffer
ta sunt mortalium tecta que quo
neque oculis conspicere neque cogitatione
prope sustinere possum : id factu

est: cuius causam a me querebas: Ut
tam incultus et squalidus delegim
hec orrentia loca inhabitare. Sed tu
oro enarra mihi atque a principio repe
te causas malorum tuoru: quas
uti magna cum attencione: ita
graui non sine dolore auditurus
sum. V. Accepisti ne vnquam vllas ce
lestis virgines ab optimo maximoque
parente meo ad mortales dimissas
PHI. Hoc te cupio intelligere fuisse. VERI. Demissa iam pridem
concordia dimissa pax: dimissa ius
ticia: et item pudicicia: demisse innu
merabiles alie eximia specie candetique
pudore virgines: despecteque vere a mor
talibus omnes ludifficate profugate
et per totum orbem exagitate et
demum unde venerunt regresse sunt
Demisit me postremo amantissimus
mortalium parens meus ratus prop
ter maiorem quam profero vultus
mei reuerentiam et dignitatem non
tam grauius modo me iniurias excep
turam: sed honori insuper magno
ac venerationi apud illos futuram
Et quid erat: quo propter me aio
augeretur? id unum erat excellentia

forme: corporisque nuditas: que cum
cogebant obscenas atque impuras ali
quorum ~~aliquo~~ si quas offendissem
manus vereri~~mas~~. Que vero longe co
gitacionem eventus fefellit que lon
ge alia crudelitatis magisque obceni
tatis facinora extimescenda erat
que tot ac tanta sustinui: ut quom
audieris pre inmanitate vix illa
tibi credibilia viderentur. PHI.
Ni fallor equidem intelligere videor
precipuos inter ceteros mortales tati
sceleris reos VER Quos. PHI Cir
culatores et vanos quosdam novarum
arcium ostentatores: qui vel fucatis
herbarum concinnationibus: vel
ficcarum ymaginum gesticulationi
bus illudunt maxime rudi popello:
quibus nihil est veritate alienum ma
gisque incognitum VER parum vel
nihil habeo: quo istos accusem. Na
ludunt magis quam ledunt quecumque eorum
artes PHI Num ergo te leserunt
et histriones: qui quos volunt homi
num gestos et voces ipsi effingere
et mentiri possunt VER Et hii mi
nus quam superiores: nam offendunt

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

nemini unq: delectant autem queque iocis et salibus suis PHI. At credo manus tibi mitit lerunt qui impos turam facuint conantes vim na ture inferre: dum ignobiliores me tallorum materias in preciosiores vertere atque adulterare variis artibus suis contendunt et vel ditescant magis: vel id quod non prodest su perstitioso quodam studio magis investigent VER. Deploranda sunt aliunde graviis vulnera mea: quamquam et non nihil fateor me leserunt hi impostores: sed puniuntur satis stultitia sua. Nam delusi tandem impositisque suis per semet imposicio nibus redigi solet ad sumam cala mitatem. P. leserunt te ne forsi tan auruspites et astrologi ceterique qui divinationem aliquam profiten tur qui varios vite mortisque euentus prenunciantes tue falluntur maxime cum certius veriusque venturum aliquid se intellixisse arbitrantur VER neque horum ullam in me iniuria queror. Nam quo absconditam ma gis futuram rerum mutationem ape rire atque notam possint efficere

elaborant plurimum et insudant q
si minus quod conati sunt exequan
tur ad scribendum: id magis est
de hebetioribus ingeniis verius ac vi
ribus: q pravitate ulli et maligni
tati. P. At cogor etiam de philoso
phis male suspicari q cum abstrusa
queque nature scrutari: morumque
rationes fundare contendunt: tot
contrarias inter se excitant lites:
explicatasque nondum concertaciones
: ut nulli ad huc certatorum que
traddunt veritatis via patefiat V.
innocentissimas et hii quoque ab iniuria
mea manus habent q et si falsa opi
nantes sepius magnis irretiantur
erroribus: investigandi tamen veri
una omnium ac par est contentio:
ad quod pro suo quisque captu diver
sa quisque ducitur opinionum via P.
Qui tandem restant: qui tantis te
affecerint malis: nisi gerrarum in
eptiarum pleni logici: q mendaciis
semper et cavillacionibus certantes
nunc currentes sedere: nunc sedentes
currere credi volunt: nunc homines asi
nos: nunc asinos risibiles garriendo
astruere conantur VER. Haud istud.

qd est dixeris: nam precipuisti ipsi
ante omnes quos memorasti vericul
tores sunt cuiusquerendi: indega
diq; gracia proponunt tales qi quas
dam ambicamtulas deliramentorq;
imagines sed solida est eorum vis
atq; arguta neq; gerrarum (ut in
quis) ac inepciarum plena PHI.
Credo omnia ut narras. Nam
nunc in mentem veniunt certissi
mi omnibusq; notissimi hostes et
inimici tui VER. Et qui nam
dic obsecro PHI. Quis nesciat
poetas confictis nescio quibus nu
gis ac fabularum portentis: totu
orbem impleuisse VER Que in
digna audio PHI. Cur indigna
V. Nam nullum est mortalium
impleuisse genus a quo magis q
ab hys venerata: aucta: illus
trataq; sim PHI cur ergo vulgo
fertur poetas omnia fingere ac
mentiri VER. Cur et multa
alia vulgo feruntur: vana stulta
mendacioraq; hys quorum poetas
insimulant: qui cum corticem

rerum aut ayunt tantum intel
ligant ea etiam tantum diiudicat
que occlis exterius apparencia in
tuentur: sed ad cognoscendas magnas
arduasque res opportet latentes celatasque
eorum que dicuntur raciones intro
speculari: pensareque vim omnium
castigato longe ac perpenso examine
iudicii ad quod penetrandum nullaha
betis et crassi vulgi nis quatulibet
magna et acris sufficere potest. PHI.
Et quid in se habent poetarum car
mina quod lateat: Verum fidele:
magnificum dignumque veneratione
Quicquid vel ad intelligendas varias re
gum et populorum res gestas per
tinet vel ad cognoscenda archana na
ture: morumque ac vite salubria insti
tuta conducit. Nam a nullus sapien
cie professore melius quam a poeta diuer
sorum temporum ac locorum vices: situs:
et gesta scribuntur: neque philosophi
nature morumque raciones melius
neque astronomi celi astrorumque vim
ac meatus doctius: neque musici vo
cum numeros et contentus elegan
tius: neque ceterorum quisque suarum

artium precepta fidelius q̃ poete tra
dunt atq̃ ideo excellenti quadam de
nominatione Poete (quod idem est ac
factores) apellati sunt: Qua in re nõ
pauci se ipsos deceperunt: q quom
vix pignem quendam ac iuditio suo
resonantem conorem sillabarum et
debitam proportionem versibus suis
expressam ac tutum se aeliconis aq̃s
plenas faucibus hausisse atq̃ in sinu
um per nasi cacumen ostendisse ar
bitrati sunt. Et quoniam cunctis
in disciplinis cuiq̃ sua: et si mala pla
cere videamus: mirum tamen est: q̃
in poetis maxime id uitio datum sit:
Vt ingenio quisq̃ suo blandiatur: vt
inepto q̃uis defferat quisq̃ carmini
suo ac tribuat multum: vt nemo
non musam suam ac veluti simia gna
tum suum caripendiebat: laudet
atq̃ intentius admiretur. At per
necessaria est ad instruendum car
mẽ longa rerum cognitio: longaq̃
auctorum et quidem eruditorũ
lectio: Longus et mundans quasi
quidam litterarum fluuius: qui

abundant suppediter: tanta que dice
da poete incumbunt. Petenda sũt
peruestigandaq; diligenter nota queq;
: et ppia atq; rebus suis cognita voca
bula. Aduocande sunt non plebe aut
seruiles: Vt ita dicam sententie
sed que a vulgi fece seggregate: ni
tido quodam decore ac venerabili suã
Maiestate resplendeant. Sed pret
het quod maius restat opus et gradi
et promto atq; apri ingenio (quod co
gitaciones suas feliciter exprimere
expolite ordiri: luculenter narra
re queat: q verba: sn̄ias q; suas arti
ficiose versare: variare: distingere:
aperte continuare: q castigate co
tinuiterq; eloqui: moderari auribus:
et pro rei cuiusq; dignitate sublimiter
presse: concitate temperate omnia p
sequi possit. Que cũcta q̄m arduu
ac difficillimum assequi est: ideo q
boni probatiq; poete extiterint: rari
qdem adphenicis instar in lucem pro
diderunt. suntq; eorum ingenia di
uini magis q̃ muneris q humana
ruin iurium q quom tot ligati

constructiq(ue) sint vocum: ac mensu
rarum legibus: tot vocati disserendis
varijs rebus et disciplinis haud faci
le illis e(ss)e omnia perpetuo feliciq(ue)
stilo complecti: nisi adiuvante in
stiganteq(ue) dei miro concessu ac spi
raculo atq(ue) domestico contubernio
calescenteq(ue) divini spiritus igni quo
dam ac deflagrante magis incendio
: quos sacro etiam furore repleri et
debacchante quasi copiam profluvio
sps animatos futura sepius predi
care manifestum est: Nam postq(uam)
dulcis illa flamma convaluit: mox
vilescere humana propriora deo fieri
et sapere divina incipiunt: tum rapi
tur mens: corporei sui quasi ergasculi
oblita agiturq(ue) tamq(uam) celo vaga et lib(er)a
fruiturq(ue) delicijs eius: profano vulgo
incognitis: quas et si non gustu certo
at imagine saltem et odore quodam:
cuius suavitudo facere nusq(uam) expli
cari possit attingit. Proinde quoq(ue)
licentior est causa poetarum qui
veluti reges atq(ue) imperatores: quas
volunt sibi litteratorias leges rogant

Tempori

exempti acomunj qua ceteri coartan
tur grammatica simul et historica
necessitate. Inde fit: Vt qui liberiores
eorum terminos ac fines officiiq; ipso
rum laxiores habenas ignorant: mire
tur: accusetq; tantam quam fingendi
queq; sibi licenciam vendicarunt. Sed
si intelligerent diuersum longe ab his
toricis ceterisq; scriptoribus officium
eorum cognoscentq; diuinam mentis
ipsorum concitacionem: qua succensi
magnoq; quasi percipites impetu ra
piuntur: non accusarent modo: sed
commendarent insuper maxime vela
tas: quas ipsi intexunt figuras rerumq;
figmenta. Nam quom carme non
sine furore mentis diuinoq; afflatu
exprimi possit occupatum haud esse
poetam conuenit in vulgaribus quibusq;
ac minutis rebus: sed excellentem et
cum deo fabulantem atq; iocantem
spiritum necesse est liberum agi: et
res gestas non hystorici more: cuius
pedestre magis ac seruile est officium
ita explicare vt sub instrumento et
fide testium: tabellionesq; auctorita
te claudi videantur. Verum sicut

Vaticinantes: et apolline pleni sunt
lent: oportet rem quamque ita ut e[st]
veram exprimere expromtaque no[n]
tantum cum nuda ac rudi sim
plicitate apertam ostentare tortuo
sis figuracionibus obliquisque traduc
cionibus involvere atque per dulces:
fabulososque quasi quosdam ambitus
magnarum rerum et ambages tra
dere varietate: quo festivitatem sic
illustrata atque grata sermonis venusta
tem et leporem cultumque detentiore
festiviorque taliter ac decentior facta
summis tantum ac prestantibus in
geniis prospecta moveat. Crassis pro
et deiectis equalibus iners totum
abunde scatet. Vulgus ignota pectus
atque abstrusa delitescat. Puduit si
quidem poetam tam preciosam suppel
lectilem suam omnibus passim nisi
lectis perfectis ut tractabilem atque
domesticam. Hinc est unde sententia
luit aliquando vanam et quorundam
iusticia: qui cum tantum quod oculis
subiectum habet: intelligant an si
sunt tam insito poetarum artifficio

calumpniam inferre mendaces eos et
falsos appellantes propter blandas
quas commenti sunt et prurientes
fabulas nescientes vero poetici officij
modum: cuius nõ tam proprium
est sanctis prodesse exemplis atque ins
titutis: quam dulcibus insuper delectare
verborũ involucris et figuris: quibus
veritatem rerumque magnitudinem
nõ quod falsi ipi putant obtenebrat
aut diminuunt sed exornat magis
dignioremque ac relucentiorem redde
runt PHI. Magna de poetis nar
ras VER. Et que magna et vera
sunt narro. PHI. Et que vera quidem esse
puto. Sed expone tu mihi qui te ita
truen[illegible] tarut VER. Exponam tibi ex
ordine. Ex primum enim iussu
magni omnium parentis descendi in
terras: libuit priusque conuenirem
mortales invisere inferna loca vbi
quanto honore fuerim ab omnibus
illius regni incolis suscepta: nudaque
amidis ipsis ospitata: non possem fa
cile vllo sermone comprehendere

:adeo me rigidus et incultus Charon adeo me seueri et duri iudices et pluto ipse magnus ceteriq omnes libenter aduenientem viderut: insamq admirati reueritiq maxime et venerati sunt. Mox immortalium orbem iter arripiu credens etiam maiorem longe ab his honore assecuturam: Ita me vana decepit credulitas mea. Tum primos offendi ingētis bellatorum exercitus cum multis immitissimis ad expugnandas ciuitates telis et machinis PHI Nunc ipsi ergo illi suis te gladijs et hastis tam atrociter confoderunt. V. minime et si enim infinita continue committant flagicia: nuc horum opes diripiant: nunc illos afficiant vulneribus: nuc alios iugulant me tiuntur tamen nunq PHI Quonam modo? V. Nam non nimis eorū dicta q facta: qui quom crudelissime rapatissimeq multa faciant: non attamen ac fecerint se vel fecisse et facturos ēē unq̄ confitentur PHI Probe: sed q te tandem ita grauiter afflixerut? V. Conspicata tum vastum pelagus animo versare cepi

terras ne prius: an maria inuiseram
vicitq sentencia vt adminus frequenta
tas turbis undas me conuerterem. At
vix illuc attigeram: conscenderaq na
ues cum primum tunc aculeos malo
rum meorum experta conspexi tātam
scelerum omnium turpitudinem quātā
nisi his ego oculis hausissem: nulloq im
modo ante mihi persuadere possem: hor
rendum dictu vidisses ilico omnes imme
impetu factu correptis totam flagela
re malim rudientibus: quibus cese con
tuseq grauiter mihi scapulas nigno
rem ad huc suum atq liuorem apte
testantur. Tum ferire gubernaculis
clauis anchemus: arpagambus: ton
sillis: remis: contis: anchoris. Tum
iacere trocheas: portisculos: suppara
artemones: scalas: parastatas: trans
tra tabulata: amplustra: summaq
etiam mali carchesia. Atq his ego itaq
conspersa: proripui me inde otius pe
ciiq terras. Tum ibi statim aspicio
latam et apertam planitiem patētes
saltus: campos: vineas: prata: hortos
insidantes in his longo epere in domi

tos agricolas quos et si olim astrea cū
amortalibus itidem emigrasset: postre
mo loco inmiserit. Primo tamen ego
conuenire statui propt rudiorem sim
pliciorem q; ipsorum naturam ratā et
proinde humaniores obsequenciores q;
erga me illos futuros ēē concessi itaq;
illuc: contemplata q; eorum mores:
vidi que videre dolui: furta: rapinas:
insultus: audaciam: plurimaq; alia
et grauissima scelera. Vix aute eos dul
citer amiceq; salutaueram: cum stimu
lis primo ac si vos illis visa essem me
pungere: de huic stiuas burres: vo
meres: aratra: dentes: inga: rastros: hir
pices: dentatos in me mittere aggressi
sunt: putatorias etiam falces: ac foe
narias: tum percutere me acriter
chilindris: panniculis: tribulis: nauus
ventilabris: tum ligonibus: bipalis sar
culis: bidentibus: rutris: fuscinis: run
conibus: farcellis: rascellis: palis: parti
cis icratibus qualis discessi ab eis tam
inmaniter vulneratā: et vrbes tanq
tutissimum in diuersorum saluberri
mum q; malorum meorum leuamē co
fugi: cogitās deo q nam ex omnibus q vr

bes colerent modestiores essent atque sant
tiores: In animum induxi mihi sacer
dotes. Primum it itaque fuit mihi ad
templa arasque magnorum celitum spe
culata itaque itidem ibi diligenter mo
res habitusque sacerdotales delectata sum
certe primo eorum congressu. Nam
decens suus erat habitus pariter et
incessus. Deinde aduocato sepius dei
adiutorio vel pro viuentibus sanctam
pacem vel pro deffunctis eternam re
quiem vel pro vniuersis veniam et
misericordiam implorantes: diuinas sem
per laudes sublata voce resonabant no
nulli etiam publice declamantes nunc
virtutes summa laude: nunc vicia gra
ui accusatione persequebantur atque ab
his deterrebant: ad eas magnopere quoque
inuitabant. Placuit mihi hec exterior
vite eorum facies presertimque in dei
optimi et maximi collaudatione quo
nihil fieri potest aut melius aut dignius
semper eos occupatos videbam: cupiensque
in eorum strictiorem venire familia
ritatem. Introiui incunctanter secre
tos etiam ipsorum thalamos. Vbi pre
terea que viderim singula exterioribus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

minime interiora respondencia: sed id
saltem non omittam quod attractantes
frequenter lectitantesque breues quosdam
codices a quodam breuitate nomen et
illis consonum indiderunt concitato quo
dam et prerupto oris motu ferebantur
: bilbientisque instar amphore multa
magis quam obmurmurabant: quam proferre
bant: in quibus quantum coniectura
capere potui diuinas quas supra me
moraui pretationes atque inuocationes
faciebant. Sed neque ego que diceret
facile accipiebam neque ipsi ut arbi
tror plane intelligebant. Et si qua
erat que percipi possent: ea tantum
erat nescio que verba bulubata
que magna cum labiorum festinatione
ac confusione perscieba nt. Nec mo
ra magno in me cum insultu pror
uerunt: correptisque breuibus illis h
bellas suis adeo mihi occulos colli
serunt atque contuderunt ut dextrum
pene hunc mihi quem lesum adhuc
vides occulum eruerint. Tum ace
ris arulis: candelabris: cereis: en
mittoriis: lathinis: lampadibus: sa
crisque omnibus vasis: atque ipsis postremo

que summum celi Regem hominumque
liberatorem affixum sustinebant sa
cratissimis crucibus ita me insectati
sunt: Ut prope tunc mihi dispere
undum omnino ee putauerim. Sed
aufuga inde ticius subirascens multu
tam vane: crudeceptreque de his opinio
ni mee. Eggressa vero flores templorum
neque videns ad quos me conferrem: euo
laui in placeas: uiasque publicas: qt
tuc mihi et quanta se palam oblie
cerunt undique ementium vendentiumque
inter se velamenta atque mendacia
quata mercatorum: redemptorumque per
iuria presonetarum inuolucra: insti
torum fraudata negotia nummulario
rum prostituta lucra: publicorum
audatissima scelera: quante artiffi
cum deceptiones: et depravationes:
quata non virorum modo: sed femina
rum insuper atque puerorum mentita
verba pariter et facta: quanti horum
exfuci: quante nebule: quorum quod
detestabilius eo magis et indoles pro
batur: atque magnum aliquid de se polli
ceri predicatur: quo mentiri magis
ac fallere assuescunt. femine in me

prime iacerūt fusos colos uerticulos
glomera: me taxas pannulas: tubi
tenes: radios pēnsa actusi: forfices: cal
chos: techas: tum gemmas lapillas:
uniones: birolos: anulos inaures: ar
millas: chelindros: dextralia: lunulas:
torques: cartelos: murenulas: pistrē
lidas: semicinctia: mitras anademata:
discriminalia tum mundum insimtum
pectines discerncula: calamistra: s
petula: maculas: olfactoriola: sudalio
lo: scalptoria dentifricia: dentiscal
pia: auriscalpia: atq inmumerabi
lia: que magis etiam me leserunt
unguentoria: uasa elegantioris: q
necesse sit forme causo parata. Post
puerorum ingens et conferta turba
raptim me fustibus ac saxis impetie
runt: ut hinc inde concitata fugie
bam: atq omni ex genere artiffices:
que pro suo quisq parata habebat
instrumenta magno cum furore in
me inserunt milleq me in locis co
foderunt. Vidisses Voltare Lamonu
cetorumq mensas pretessora: ruti
nas: pondera ferramenta: hamos:

vncos: retia: enermicula: nassas: cul
tros. macheras: dolabras: Coquorum
pistorumque aena. catabos. tipotredes
vrceas truas: creagas. verua crati
culos: testas: sartagines: patinas: ollas:
fidelias: Lebethes: mortaria: pilar
tides: alueos: scaphas: labracriba. colla:
palas: rutabula: batilla: sustinulas: for
cipes: vncinos: scutellas: promulsida
ria: parpasides: cloquearia: quadras:
lances: catinos: Cauponum: cratos: sti
pos: vrceolos: Cenophora: pateras: obbas:
trullas: calices: fialas: columnaria: auu
las: cantaros: scophas: lagenas: congros:
anchones: cimbia: crateres: amphoras:
cados: Pictorum pugillares: stilos: colo
res: penniculos: spagogas: conchas: cau
teria: Sutorum forfices acus formas:
mensuras: scalpros: subulas: mucrones:
digitalia: calonumque ac omnis generis fabro
rum forcipes: malleos: incudes: folleas:
secures: cunos: fibulas: festucas: vectes:
trullas: perpendiculas: normas: regu
las: amusses: modullos: orcinos: tornos:
mamphures: limas: tela: scaphina:
serras: dolas: ascias: terebras. Medicorum
tonsorum pigmentariorumque pelles

cucunas: cotes: forcipes: cucurbitulas:
scapellos: specillos: voltellas: hamulos:
modios: diodes: scaphia: mortaliora pis
tillos: rudiculas: ditulas: Quibus in me
diu grauiter ac grandinis more reue
tibus pene tandem deffitere cepi cu
ex rotabar vndique et exagitabar in̄ c̄ta
mei ac auxia nec quo diuerterem
tutum nullum conspiciens locum. Ecce
perueni forte ad fora publica vbi et
mira sintencius cum grauitate preto
res atque presides: multam item togato
rum capitorumque hominum turbam:
que vel iudicabant vel procurantes ipi
causas aliorum dicebant alecta sum
primo ipsorum aspectu nam et singula
videbantur predicti modestia: tum
et longiores: Laxioresque eorum toge mag
nam simul et sapienciam et vite in
tegritatem ostentabant. Accessi ergo
proprius ad eos: existimans me de ca
riperdi iam securam in portum appli
cuisse: quo subito in circumspectam
Latrantibus canibus syllam video de
leram precipitatam. Nam quas
sibi nō horrendas Latrancium causi
dicorum voces/ quas non iudicancium
iniquas sint locuciones atque diffinicioes

quas non vidi pretorum ambitiones atque
quas non adverti tabellionum scriba
rumque adversitates: quos etiam cum
primo audiuissem tanquam humilioris con
dicionis homines mirum ut quam totius
calamariis simul atque graffiariis. thecis
calamisque ac atramentariis vasis. sta
pellis etiam et ceteris scripturis fer
ramentis suis in os mihi oculosque acriter
insultaverunt. Mox acrius quoque et im
pudentius proruere in me ausi presides
assessores circumlatrantesque undique illi siller
canes tam longus tanquam venerabilis et to
gatus ordo atque in me primo unguibus:
dehinc dentibus crudelissime sevientes
dilaniarunt totumque mihi atque ubique
corpus exederunt quorum quociens re
cordor caninam illam rabiem. morsus
venenatos famemque non minus Ticiano
vulture ardentem et indomitam con
tremisco tociens: destituorque tota pe
ne ~~pre~~ recordatione ita mihi penetra
verunt ultimos etiam cordis recessus:
ut horum comparatione priora certe
que exceperam eius amarissima vulna
prope dulcesserunt. At postquam deffessi
priusquam exsaciati sunt malis meis

liquere me tandem. Ego vero quantu(m)
vulnerum acerbitas magnitudoq(ue) sine-
bant maturavi inde fugam et que
victa tantum restabant loca contuli
me ad curias principum atq(ue) eorum
qui principibus assistunt potenciorum
hominum turbulentissimas turbas:
neq(ue) vero dicas que passim ibi singula vi-
derim licenciora etiam quenè supra
recensui loquantur pro se conculcati
pupilli flentes vidue agentes postrati
innocentes damnati optimiq(ue) ac-
cusati proscripti multati. Illud tantu(m)
memorabo quod pre indignitate rerum
tanta permota sum commiseratione:
ut cum innumerabilibus iam corporis
vulneribus ad elaxandam usq(ue) animam
ipsam confecta essem: maiore tamen
cum dolore et anxietate tulerim nonu(m)
id animi vulnus que per punctam tras-
fixamq(ue) incredibilis quedam me tot et
tantorum malorum pietas affecat
tam gravis erat atq(ue) miserabilis fa-
cies eorum: que quo viderim non
magno poteram sine horrore intueri
Miraris forte pietatem teneritu-
dinemq(ue) animi mei. Sed miraberis lon-
ge magis furorem eorum qui longo in

me concitatoq; agmine qui debacchantes
non ferro quidem me extinguere. Nam
extingui haud posse me ferro intellige
bant sed pugnis calcibus saxisq; con
tundere: strangulareq; laqueis promp
tum certumq; mortis mee genus arbi
trati sunt. Quo nec contenti contusam
etiam et stragulatam rotare Demum
per pedes ac quassa illidereq; terre pro
vi sua quisq; contenderent. Quibus
tantis malis affecta postquam non tam
rabiem exsatiarunt suam: quam extre
mum siquid adhuc restabat spiritum me
exalasse crediderunt electa sum in
pomerium urbis tamquam vilissimum ca
daver depascendum canibus atq; feris
alitibus. Sed quas non inveni cunctis
etiam hominibus mitiorem feras et
volucres. Quid refferam? quanto me
studio et amore prosequuti sunt in
primisq; canes: tum corvi et volu
cres ce[t]ereq; aves etiam immaniores.
qui conglobati catervatim omnes assis
tentesq; mihi certabant. Nunc he
plaudere alis conqueri dulciter et
condolere purgare rostris vulneru
saniem. Nunc illi pedibus caudaq;
blandiri linguere vulnera plagasq;

mulcere donec que supererat adhuc scin
tillula vite mee coalescere: redireq͡z
sensim in veterem flammam atq͡z res
titui cepit. Quid cum iam valentior
facta inde secessissem? Quid narrabo qn
tum non canum modo: et alituum sed
luporum etiam ursorum: tigrium leo
num omnisq͡z generis ferarum experta
sum mansuetudinem: propeq͡z dixerim
humanitatem. Nam post longa que sus
tinui mala cum ex urbibus omnino sta
tuisse migrare in abdita loca: perrexi in
silvas et nemora tanq͡ȝ securius in re
fugium vite mee. Nec vero mea me fe
fellit opinio. Nam quanta me prius
homines affecerant iniuria tanto
postea in honore silvestres fere atq͡z
alites aquibus tam amice suscepta
sum tam sedulo semper comitata: ut
quod de hominibus antea credideram
viderentur ipe humanos mores muta
ta utrumq͡z natura sibi vendicasse. Dehinc
vero capta desiderio (ut fit) plura visen
di conscendi altiore hec collium atq͡z
montium loco in quibus et multa iam
erravi dies: neq͡z mortalium quenquam
adhuc offendi preter te / cuius pri

mo etiam aspectu. offensa non potui nõ
timere memor eorum que tibi retuli
a mortalibus sustinuisse. Tum securũ
paulatim recipi animum postq̃ inter
loquendum tam manifesta egregie vir
tutis tue ac demum amoris signa de
monstrasti: qn maiorem in modum ad
mirata fui in ipo sermonis nri congres
su: q̃ te unum ex omni mortalium
turba invenissem tam inttentam piũ
rectum tanq̃ singulari preditum bo
nitate: Sed et Philalitem postq̃ te me
um intellexi quem et precipuum et
ante omnes unum ut inviserem jus
serat parens meus: conversa sum ili
co ex admiracione in maiorem gra
tulationem que te mihi aliquando
oblatum fuissem ut cum ad patrem
meum reverterim possim post longam
reliquorum mortalium in me cru
delitatem atq̃ immanitatem tui et
omnis suma vereq̃ ~~ha~~ abeo mihi pre
nunciatam humanitatem et pietate
refferre PHI O que audio tristia dira
nefanda execranda: O ferum crudũ:
immane barbarum: o impudens: o
pestilens mortalium genus: O que de
hiscat vobis terra depereatq̃ tota cha

smate · O tollerantissimum magnū tonantem · O fulmina quid cessant tua? O manes. O eternitas iam fa ces tuas: O multa sic abibit vora go flagiciorum tanta licentia ·
VER· Noli tam grauiter angi Phi lalites satis ac super enim penas dabunt miserrimi mortales · Sme tm ad parentem meum redeam: nar rem q tam preclara que tibi eorx benefacta memoraui pacientissime longe quidem sunt aures ei: sed haud surde tamē sustinet diutius ille pec cantes quos puniat acrius tandē
PHI· Nisi iampridem satis pers pectam habuissem impuritatē ho minum quo vsque adduci modo po tuissem vt tanta que vel video vel audio crederem teterrime crude litatis exempla VER· Et pono quidem phi · Sed tuo oro prius quam accedas dignare tantisper domum meam inuisere meumque quiescere vt in prosperiorem valitudinem restituta: ac iam vulnerum atra a tabe pur gata possis demū mundior elegantiorque

parentem tuum conuenire VER. Imo
prestat: ita ut sum cenentata abire
ut manifestius impietatem eorum pre
occulis illi ponam PHI. Donato mihi
saltem paucos dies: ut dulcissime pre
sencie tue fructu non omnino pri
uatus sum. V. faxo ut uis PHI
Non ducam te in splendida edifficia
lautasque mensas tugurriolum est mihi
quod manibus ipse meis extruxi iux
ta quoque antrum nature solerciore ma
nu fabricatum porro uxor comes vite
mee non culciore quam ego amictu vestita
sed pudica et sobria seruat domum
Gnati quoque persimiles mihi: sed nudi ita
ut te qui representent Capellas tan
tam paucas possideo quas circum hos
quotidie ago montes: que et lactis no
bis uberrima suppeditant alimenta:
pomis etiam et nucibus uescor: potum
aqua ministrat: mella aliquando mihi
delicte. Tum ubi nox aduentauit sa
lientem propter fontem crepitantibus
et saxis dulci murmure dermantem
fatigata membra compono: substratisque
arborum folys capio somnium. Sed quod
omnes exupas delicatissimas dapes et

magnificentissimos apparatus est mihi
pacis et quies perpetua doli procul
et fraudes: nihil timoris. nihil odii:
nihil insidiarum fida obsequitur uxor
: dulces applaudunt gnati: audiunt:
gaudent: rident: iocantur: letusque ego:
hilaris: liber: contentus immunis: vacu
us molestiarum securus somnium et
ab omni prorsus anxietate atque omni
perturbacione exemptus ago. In has
ego (nisi forte fastidis) te accipiam
opes meas VER. Minime fastidio quas
pactoli etiam arenis longe pluris fa
ciendas puto PHI. Eamus iam: nam
advesperasit? vides ubi fumant tecta
non multum absumus illuc dicto cicius
contendemus VER. Atque ego te sequor
libenter

Deo gracias

107 fo. [illegible]

BIBLIOT[illegible] UNIVE[illegible] GRA[illegible]

Los niños quando los dan ley verdad son muy males de su ser grandes
son grandes males los yo digo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

aymuadus fu te ne yosirod espiritu primo de
ayq nedido de cis consideros de marllego

Señor Juã de alagon — 3 Jan[illegible]
de 67